

XVII.

Ca 2756

16

M. L A u B A N I

P. L A u R.

A P O P H O R E T A.

P R O C A L E N D. I N I
T I A L I B.

C I O I O I I C.

G O R L I C I I

Excusa typis Johannis Rhambæ.

9

M. L. A. M. B. A. N. I.

F. L. A. U. R.

A. P. O. P. H. O. R. E. T. A.

P. R. O. D. A. L. E. M. D. I. N. F.

T. I. A. L. I. S.

C. I. C. I. C. I. O.

G. O. R. I. C. I. I.

E. V. A. N. G. E. L. I. U. M. R. O. M. A. N. O. R. U. M.

E
O
P
H
S
V
N
T



I.

INNATALEM

DOMINICUM

PARODIA

Ex Horat. l. 3. Od. 28.

FESTO quid potius DEI-
INFANTIS faciam? redde poëticum

Cleio dædala pectinem,

Argutæque cie chromata Musicae.

Phœbum en surgere apricius

Sentis: ergò uti fas, ipsaque fert dies,

Hanc solemniter induat

Frontem CAESARIAE lautus honor

Sic cantare PUELLULI (DAPHNES.

Cunas, & socios Alipedum choros

Votivâ est animus lyrâ,

Maternumq; genus, Patris & entheo

Numen carmine, qui polos

Fulgentesq; regit Pleiadas, & fretum

Terræ jungit amasia.

Post dicenda suâ est MORS quoq; nœniâ.

A 2

EXOR-

II.
EXORDIVM ANNI
c1o 1o IIc.

Quod felix, fortunatum sit, & utile genti
Christigenæ primùm, Patriæque deinde, mihi que:
Post UNAM LUSTRORUM Hebræidos, atq; TRICE-
Virginis à partu DECADAS, jam NONA sequentes (NAS
Dentibus indomitis detruvit OLYMPIAS ANNOS.
Proque adeo DECIMA extremū TRIETERIDOS
Fatali referant hodierna crepuscula gressu. (orbem

Eia age sancte Puer, Suboles manifesta Mariæ
Siderii que idem Suboles manifesta Parentis,
Eia age munificæ quasnam pro more diei
Nunc ego te strenas, munuscula quæ verogabo?
O tandem Odrysi fac cesset acinacis ardor,
Bellaque continuos tot jam diuturna per annos
Pæonio pugnata solo, & idem ALNUS amatam
Eruta Bistonio tellurem ut planxerit ictu,
CORVUS &), heu regni quondam tutela! birostri
Pro DUCE nunc LUNAE victricia cornua adoret.
Reliquia superant tennes: sed & has quoque, & omnes
Finitimæ populos, cales nî cura resistat,
Jam flammæ tulerint, & barbarus hausserit ensis.

Ah PUER e vigila, cæli & telluris OCELLE
E vigila PUER e vigila: tua nunc agitur res,
Te petit, horribili tua provocat arma furore

Colluvies

Hæc & plura queant, neq; enim omnia persequor, immum
Muta visse genus, lævæque ignobile ferrum
Exuere, & tunicam rarâ obtinuisse nitentem
Indole, CAESARII Præfecturamque TRIBUTI.

O animæ illustres, studiorum ô usque meorum
Grande patrocinium, rebusque lævâmen in arctis!
O mihi tam faciles irent in carmina Musa,
Maior & imbelles animaret Apollo lacertos:
Ut satis ad vestra videar præconia laudis.
Grande quid auderem, magnisque accingerer ausis
Ingenio signante viam, Clarioque favore.
Tunc ego humum linquens alta novus Indiges æthra
In via per Charitum Venerisque rosaria ameno
Ingrederer passu, & lucentia sidera florum
Ungue metens, violas, hederæque plicatile germen,
Virgineasque rosas, immortalesque amarantos,
Texerem odoratam non trito more Corollam,
Inscia quæ senii per tempora vestra perennè
Ardeat, & roseo florum scintillet amictu.
Donec Hyperboreum cæli bipatentis ad axem
Clara Ariadnæ rutilârit imago Corona.

Interea tamen his, quod possum, crebra Calendis
Vota precesque, tuis Homodi vule parve, Calendis
Ritè fluant, & pro vobis magnum æthera pulsent.
Augeat omnipotens huic TRIGAE Iesulus annos,
Augeat ingenium, stent sana in corpore sano
Divitiæ mentis, manifesta DEIQUE SUIQUE
Notiæ animo præluceat, atra faceffant

Semina

*Semina morborum, procul absit Cura, Dolorque,
Et quidquid tranquillum animum dare nescit, abesto.
Sospes eat Conjux, sospes domus omnis, & omnis
Summa facultatum, stabula, horrea, pascua, fundi.
Denique perpaucis complectar ut omnia verbis:
Sera sit illa dies, ac nostris serior annis:
Quâ Capita egregia olim ardentibus orbe relicto
Accedant stellis, cæli qui in parte locentur.
Votorum hic modus est, Sed an excellentius usquam
Terrigenæ vo-visse queant, Superi ve dedisse?*

III.

EXODIVM ANNI
cIo Io IIIc. ET OBITVS
PIISSIMAE MATRIS.

Ecce terit metam Chronii rota publica Circi:
Claudit & annotinū hac luce December iter.
Nec dum Christie mei finem invenēre dolores,
Vulneraque heu plagis usque iteranda novis,
Anni Principiū SO CER I mihi funera, MAGNAE
Funera sed Medium debet acerba SO CR ŪS.
Iamque fatisfactum Libitinæ: annique ruentis
Dehinc fore credebam lætius exodium,
Festa propinquabant venerandi conscia partūs,
Inque suo præceps fine December erat:
Nescio quid solito tunc lætior, entheacastæ
Fila retentabam deliciasque lyræ,

Cæsa

Cæsariâque comas Lauru ambitiosius ornans
Pangebam cunis emmetra honora DEI.
Nec satis intactâ quoq; nostra Thaleia tot annos
Ausa Maronæam est rursus animare tubam,
ut solito reduces maectentur honore Calendæ,
Et pia pro mundi vota salute fluant.
Nostra sed ô fati fortisq; ignara futuræ (erant!
Pectora! quàm prope tum luctus & ægor
Quàm citò regrediens hilares Libitina faventi
Evellit pennas tristior augurio!
Ludit in humanis fors nempe erratica rebus,
Spesque potest finem prendererara suum,
Ecce suprema dies magnū quæ terminat annum:
Terminat & MATRIS pensa animata meæ.
Scilicet auspiciū, mediumq;, & limes hic anni
Debuit heu similem continuare gradum.
Sic placitū tibi IOVA Pater: tua magna voluntas
Fræna voluntati subdat ô arcta meæ.
Ne ferar in præceps, aut jure quis arguat, um-
Displicuisse mihi, quæ placuere tibi. (quàm
Ac quia me generū Socer & Socrus, ipsaq; Gna-
uno eodemq; anno destituit Genitrix: (tum
Sim tibi sim Gnatus Genitrici ô IOVA sequenti
Tempore, sis genero mi Socer atque Socrus.

F A B U L L O.

*Panè quid exciderat. Debetur & hac tibi luce
Conveniēns meritis Strena, Fabulle, tuis.*

Omnium

Omnia Aristarcho rerum Norma que mearum,
Quo sine nilque domi, nilque agitaro foris.
Nunc Stilus in vitio est: methodus nunc vapulat artis:
Nunc reum inaudita me no vitatis agit.
Heic ait, abjectus nimium & titubantior equo es:
Heic tumidum, exclamat, pone supercilium.
Denique quidquid agam, mordaci luminis ictu
Verberat, & passim pollice inerte notat.
At quid erit Sirena? Curasti aliena tot annos,
Hoc anno cures, opto, Fabulle, tua.

A 2490

ULB Halle
003 485 986


3




sb

kom







XVII.

Ca 2756

16

M. L A u B A N I

P. L A u R.

A P O P H O R E T A .

P R O C A L E N D . I N I -
T I A L I B .

C I O I O I I C .

G O R L I C I I

Excusa typis Johannis Rhambæ.

9

